

vestra subleuate, currenti mihi calcar subdituri, ~~et~~ alacris currant,
nec favore & benevolentia vestra freti, totum quod mihi ipse circumscripsi
Itadium decurrant.

Non levis sane neq; tn. instar nodi Gordij indissolubilis quaestio in Philo-
sophia Scholis e: Num Christus Stylo Ethnico, praecipue a Platone dici
possit HEROS? Ita nonnemi dici posse videtur: Sed quam bene, ipse videat,
qui quaestionem propositam affirmat, ac mordicus eandem defendit. Et si enim
HEROS Semidei Platoni & Hesiodo dici meruerint, quod altero Parente Deo
altero homine generali putarentur: absit tamen, ut audeamus eos cum nostri
Θεοθεωτου conferre, aut vocem huius eodem sensu, quo Plato dicitur ipse
aptare. Ecce enim divina natura cum humana in Christo tam arcte un-
ta habetur: ut in ipso tota plenitudo Deitatis habitet corporaliter: quam He-
roes apud Platonem contra ea Dii non tantum, sed & Daemonibus ra-
tione participata Deitatis longe fuerint inferiores. Interim tamen non in-
viti damus, Stylo vulgari ac populari, maxime ob singularem fortitu-
dinem, qua suos & nostros devicit hostes, Jesum HEROS vocari posse Sic-
n. B. Megalander noster Lutherus vocem Gibbor, qua apud Isaiam in
Fontibus legitur, reddidit Hebraeo: a vehementissimo scilicet quo Herois fensit
in res arduas ac difficiles, amore ac desiderio. Sed quod ego in hoc
Tractationis limine dilabor? Nolo dilatare hanc Philosophico-theo-
logicam meam facere: Sed ad maiorem me sensum potius revoco. Revoco me
ad id quod proposui mihi, atque quam verum Immanuel noster apud Propheta-
sam audiat HEROS ostendere hanc iniquis. Certum a. est, id fieri cum
ratione personae, tum ratione Officij. Quid? Nonne ita e, quod ab aeter-
no juxta divinam naturam verus ac bellicosissimus HEROS extiterit?
Existit, existit ipse ab omni aeternitate gloriosissimus ac insuperabilis
Princeps, extra quem nullius unquam fuit vera tutela & Defensio
contioit: extra quem nec Lucifer cum tertia parte Stellarum h.e. An-
gelorum, ob insolentiam ac Superbiam caelo cecidit. Per illum videlicet
videl. Pater potentissime Saturnam cum amplissimis caelis eiecit, atque